

P. Sancius idem tenet, nec bene Cardinalium Lugo eum minus caute locutum aſſeruiſſe.

130 Neque P. Sancius hoc negavit, ut eum minus caute locutum Cardinalis Lugo debuerit pronuntiare: nam reuera id non tenet, sed potius oppoſitum: quod poterat citatus Auctor in eodem obſeruaſſe. Citato enim Cap. num. 38. de gabella quadam loquens Granata impoſita, & eam iniuſtam fuiſſe determinans, ſic rationem reddit: Primo, quia licet utilitas ſit communis totius regni, & ſic Clericorum; at non conſtat facultates laicorum non ſat eſſe ad predictam contributionem: immo ipſi ſolentur quotannis ſuperſeſſe ſibi pluſquam Clerici contribuunt. &c. Sentit ergo clare oppoſitum ei, quod ipſi citatus Auctor imponit. Quando igitur aliud videtur docuiſſe, congrua debet explicacione molliri, ut tantum velit id, quod citatis dudum verbis videtur expreſſiſſe. Cum enim dicat iniuſtam fuiſſe gabellam illam Granatenſem, quia facultates laicorum ad neceſſitatum ſubleuationem erant ſufficientes, quandoquidem quotannis ſupererat pluſquam Clerici contributebant: ſi non ſufficerent, ad contributionem Clerici tenerentur. In predicta autem excuſſione facultatum, non ad priuatorum bona reſpectus habitus, ut vnuiſque pro ſua maiori copia abundantius conferret; ſed omnium vna eſt ratio habita, ut moderatum quid omnes tribuerent, vnde exactio parum oneroſa omnibus reddebat. Quia ergo ſic contributebunt ſolis laicis, ſatis erat vnde communis ſubleuari neceſſitas poterat, non debuerunt Clerici ad contributionem ſine licentia Pontificis obligari. In hoc ergo ſenſu locutus P. Sancius; & alium non eſſe in vſu aſſeruit, vnde a communi ſententia non reſeſſit, nec debuit minus caute locutionis a predicto Auctore notari.

Ciues non debere iuxta cuiuſque contribuerent facultates.

131 Deinde, Mihi etiam apparet certum, etiamſi bona priuatorum talia ſint, ut ab ipſis iuxta copiam contributebunt extrahi poſſit quidquid eſt ad vrgentis neceſſitatis ſubleuationem neceſſarium, Clericos ad contributionem teneri, ſi illa modo nuper dicto per minutas partes quotidianas communes omnibus, ut in Siſa fieri ſolet, non poſſit ſubleuari. Itaque grauare paucos diuites exceſſiuis oneribus, inhumanum eſt, quia & diuites valde vtilis ſunt Reipublica: ipſi enim pauperibus ſubueniunt, opera pia promouent, maiores faciunt expenſas, vnde & utilitates maiores ad Regem, & bonum commune redundant. Et quidem ſi pro neceſſitatibus communibus grauandi eſſent; cum illa ſint frequentes, cito diuites eſſe deſinerent. Praterquam quod moleſtiſſimum eſt patrimonia ſingulorum excutere, & quid quiſque habeat impoſſibile penitus explorare. Cum ergo contributio communis illis & aliis eſſe debeat, valde moderata ſit oportet. Qua moderacione perſpecta, an ſufficiat laicorum tantum diſpiciendum eſt; quod ſi ſufficiat, non poterunt Eccleſiaſtici grauari: ſi autem inſufficiens ſit, ad contribuendum obligandi. Et hoc, & non aliud videntur Pontificia Sanctiones ſuperius adducta ſtauiſſe.

Si Propria non ſufficiant, non ideo grauandi Eccleſiaſtici.

132 Non ergo ad obligandos Clericos ſatis eſt ſuppropria communitatis non ſuppertant, aliaſ parum ipſis faueret immunitas: raro enim propria in ea quantitate ſunt, ut ad communes neceſſitates, pro quibus veſtigalia imponi ſolent, ſufficere poſſint. Quod & pra-

tere a vſus quotidianus confirmat: ſic enim videmus Eccleſiaſticos a contributionibus eximi, & vel in ipſa emptione nihil reddere; aut ſi tribuant, in fine anni reſtitui: cum tamen neceſſitates & utilitates communes illis & laicis ſint. Pontifices etiam contributionem aliquoties concedentes, conditionem in iure expreſſam addunt, & de propriis ciuitatum nullam habent rationem; quod ſcilicet non ſufficiant: ſed laicorum facultates non ſufficientes, pro conceſſionis executione requirunt. Pro quo videri poteſt Diana citata Reſolut. 111. Vbi praſertim Vrbanus Octauus pro Ducatu Mediolanenſi ſpecialia verba ſubjungit, haec ſcilicet: Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubingebat, Vrbanus 8. in muniendis ciuitatibus & locis predictis, ingenti pecuniarum vi opus; arariumque ipſius Philippi Regis valde exhaustum & attritum ſit; ex munitione quo huiusmodi totius ſtatus, ac tam Cleri, quam populi ſecuritati proſpiciatur: communitatum vero ac vniuerſitatum, & hominum eiſdem ſtatuſ propter eorum inopiam ad totam impenſam neceſſariam ſupportandam facultates non ſuppertant, niſi Clerus & Eccleſiaſtici quoque ad aliquid conferant &c. Et poſtea ſub ea conditione concedit, ut narrata conſent.

Facultates laicorum non bene a Diana explicatas, ut debeant Clerici ratione earum excuſari.

133 Contendit autem Diana ex praſatis verbis colligi non ſolum facultates communes, ſed etiam particulares attendendas eſſe; & cum Megala ſic explicat, ut Clerici tantum in ſubſidium ad collectas teneantur, quando laici per gabellam imponendam cogentur ſe eis priuare, quae quotannis ipſis neceſſaria eſſent ad viuendum ſecundum conuenientiam ſui ſtatus. Sed hoc certe ex praſatis verbis non ſequitur, quia explicari poſſunt iuxta modum a nobis aſſignatum: ut priuatorum quidem bona non ſufficiant ſecundum conuenientem moderationem collecta, quae copioſis, & tenuibus tribuenda deſignetur. Et aliud equidem nimis odioſam redderet Eccleſiaſticomum exemptionem: homines enim laici praeter ea, quae opus habent ad viuendum ſecundum conuenientiam ſui ſtatus, multis indigent ad prouidendum neceſſitatibus, quae poſtunt occurrere, ad dotandas filias: & velle eos ad praecis terminos neceſſitatis quotidianae reducere, nimis periculoſum negotium eſſet: cum praſertim de neceſſitatis remedio agatur, quae Clericos & laicos pariter tangit: qui aut patrimonioſa tantum bona habent, aut Beneficialia. Si Primum; non eſt quod doleant aliquantulum ſe grauari, quando in laicali ſtatu ſimiliter grauatur. Si ſecundum; cum praeter ſuſtentationem congruam, quod reliquum eſt, debeat pauperibus erogari; minus aliquid erogent, iam pie impenſum, & ſic non erit cur doleant de grauaminis Societate.

Ex lege Hispania obiectio, ut defectus Probiorum ſufficiat.

134 Videtur autem pro ſententia illorum, qui defectum ſufficere Propriorum exiſtimant, lex Hispaniae vrgere, quae eſt. 11. Tit. 13. Lib. 1. in qua ſic dicitur: En eſtas coſes tales (quae ſcilicet ad communes neceſſitates ſpectant Clericorum & laicorum, de quibus ibi in ſpeciali) a ſallemiento de propios del Conſejo, deben contribuir los Clerigos por quanto es pro comen de todos, y obra de piedad. Ad quod aliqui facile reſponderint legem eſſe ciuilem, quae incommodare Pontificiae nequit, ut Sacra Rota ſapientius in hac materia conſulit. Sed ulterius reſpondeo eam legem iuxta plu-

Fit illi ſententia.

plurium Doctorem ſententiam fuiſſe latam, qui ita ſentunt, ut vidimus num. 123. quae tamen vix iam probabilis reputatur, cum Pontificum mens ſit maniſeſta declarata. Dari etiam poteſt Clericos teneri contribuere, ſed ſeruatis ſeruandis, cum debito inquam ad Pontificem reſuſu, aut ad inferiores Praelatos, ſi mora ſit in periculo, iuxta dicta.

VII.

Circa Indias, & Religioſos quid ſpecialiter, cum vtili animaduſione.

Diſtantia in Indias reſuſum ad Pontificem non excuſat.

135 Poſt autem ex dictis id, quod ad reſuſum praſatam ſpectat, in Indiis facili negotio deduci. Propter diſtantiam enim nequit Pontifex in caſibus occurrentibus adiri, vnde inferiores Praelati conſulendi. Quod quidem tunc accidet, cum Proreges licentiam ſpecialem ad huiusmodi diſpoſitiones habebunt, iuxta dicta. §. 1. Si enim non habeant, & a Rege poſtulanda ſit, diſficile ipſi non erit Apoſtolicam Sedem per ſuum Oratorem adire: in caſu inquam, in quo neceſſarius videatur eſſe reſuſus, qui frequens, ut credo, non erit: tot enim ſunt opinioniones Doctorem Regiae poteſtati fauentium, quae & probabiles reputantur, ut iuxta eas procedere omnino tutum cenſeatur. Quod cum accidet, non arbitror expediens fore ut Eccleſiaſtici turbas excitent, & ſua immunitatis zelo, aut commodi potius temporalis intuitu, damna maiora congeminent, Regibus Catholicis dedecus in honorata Eccleſia obicentes, cum ipſi nihil glorioſius habeant, quam ut ſe obſequentiſſimos illius filios poſſint ſingulariter proſiteri. Numquam equidem illi ſine conſilio doctiſſimorum hominum res tales attentant: & quando ſic res agitur, non ſunt facile diſpoſitiones eorum inuſandae. Ut etiam admonet P. Villaroel poſt haec ſcripta vltus Parte 2. Quaſt. 18. Artic. 5. num. 83. Pro quo & P. Henriquez Lib. 10. Cap. 15. num. 5. ita ſcribit Doctores prudenti ratione & experimento deducunt varios caſus pro rerum, temporum, & locorum exigentia, ob vitandum periculum, aut magnum inconueniens. Quicquid prudentium, exportorumque virorum arbitrio diiudicandi relinquunt. Quod ſi iudex laicus, ſapientium auctoritate, aut Senatus Regis mandato ductus, proceſſit bona fide contra Clericum non contribuentem, & moderatè exegit ſine vi, & ſine perſona Eccleſiaſtica conſactu, hic, ut excuſatur a culpa mortali, ita & ab excommunicatione. Nec huius iudici imputatur damnatum, quod per accidens, & praeter eius intentionem, prauidias Clerico. Sic ille poſt appoſitum caſum, de quo num. 113.

P. Henriquez monitum obſeruaſſe.

136 Quibus addi poteſt, cum Pontifices exactiones pro communibus neceſſitatibus indulgent, quae pariter Clericos & laicos attingunt, ſub explicata conditione, nihil ad fidem ſpectans eſt Cathedra decernere, aut opinionum probabilia fundamenta conuelleret; ſed id, quod immunitati magis fauer, relicta opinionum diuerſitate, complecti. Vnde licet annuant Chriſtianorum Principum petitionibus, & iuxta narrationem in petitione expreſſam procedi concedant, quod illi pie & laudabiliter faciunt, ut ſe-

Pontifices in conceſſionibus non deſeruire, ſed probabiles ſententias amplecti, aliis non damnari.

137 Queri tandem circa praſentem materiam poteſt, quid nomine Cleri intelligatur, cum ſus praecipit Episcopi & Cleri conſentum requirendum. Circa quod P. Suarez Cap. 26. ſitate num. 10. Satis probabile eſſe ait. Capitulum intelligi, quia illud in iure ſolet nomine Cleri cenſeri. Addit tamen in hoc multum poſſe valere conſuetudinem. Nam vbi ex mero praſcripto Episcopus habuerit Conſilium ſuorum Officialium vel Clericorum ad hoc munus deputatorum, & cum eis grauiora Eccleſiae negotia expedire ſolet, illud videri poteſt ſufficiens ad id, de quo agimus, conditionem ſcilicet a iure requiſitam adimplendam. Ex quibus patet non bene Dianam citata Reſolut. 111. §. Quero ſecundo, P. Suario abſolutam ſententiam de Capitulo adſcribere, cum ipſe eo modo, quem vidimus, opinetur. Et quod ad probabilitatem attinet a P. Suario aſſertam, eum ſequitur P. Palaus Pun-ctio. citato num. 8. Sed non ſufficere Capitulum affirmant alij, quos adducit & ſequitur Diana ſupra, & ſacra Rota declarauit apud Farinacium Tomo 2. Decis. 42. n. 7. Cum autem Clerus varios contineat ſacrorum hominum ſtatus, & perſonas, vocari omnes non ſemper eſſet poſſibile, neque etiam expediret. Vnde ſaltem alia Vrbiſis vocanda Capitula, ſi qua ſint, & Vicarios ſoraneos, ex aliquorum mente affirmat Diana, & inter eos adducit Barboſam in Colleſtaneis ad ius Canoniceum Lib. 3. Tit. 49. numer. 7. omiſſo Capite. Eſt autem 4. & ſatis celebre Non minus nec n. 7. ſed 6. vbi tamen abſolute pronuntiat totum Clerum vocandum, pro quo alios Doctores allegat. Et ratio id probat: nam, ut ille aut, quod omnes tangit, particulariter ab omnibus approbari debet. Cap. Cum omnes, de Conſtitut. & Cap. Quod omnes, de regulis iuris in Sexto.

rius procedatur, & turbare vitentur: numquam tamen contra aliter facientes, nec recurrentes in neceſſitatibus praedictis, Poenale quidquam eſt a Pontificibus fulminatum. Et ita Diana ſupra 5. Sed notandum, cum eorum opinionem poſuiſſet, qui in neceſſitatibus praedictis, (quae ſcilicet tangunt principaliter laicos & remotè tantum, ac per conſequentiam Clericos, ſed aequè principaliter ac proximè omnes) non eſſe faciendam excuſſionem bonorum cenſent. Sed in alijs, ut ſunt Arrachinus, Menochius, Zuallos, & alij, ita ſubdit: Non deſunt tamen Doctores contrarium ſentientes, (citatur Souſam, Gratianum, & Martham) & ego, ut verum fatear, video Summo Pontifici huius ſententiae adhaerere. Nam Vrbanus Octauus &c. Vbi cum priori ſententia, & illius patronis propoſitis, ita loquatur, ut vidimus, ſcilicet non deſſe Doctores contrarium ſentientes, ſatis prioris ſententiae probabilitatem oſtendit. Addens vero, & cum quadam formidinis ſpecie, Pontifices contrariae ſententiae adhaerere, id iudicat, quod adiectimus, Pontifices inquam non deſeruire, neque opinionum diuerſitatem expungere, ſed ſententiam illam, quae Eccleſiae immunitati plus fauet, amplecti. Tuentur ergo illi iurisdictionem ſuam, tuentur & Principes quam ſe habere bonis fundamentis intelligunt, & ſi bellum eſt, certe non iniuſtum; ſicut & in alijs contingit, dum de temporali agitur poteſtate.

Diana.

Notanda obſeruaſſe.

Quid Clerus cuius requirendus conſenſus, circa quod varia ſententia.

138 In quo ſentiarum diſſidio negari nequit

Sicere Capitulum est valde probabile, & securum in praxi.

Cap. Cum Apostolica.

Iuxta contrariam sententiam quomodo procedendum.

Religiosos ad contributiones non teneri.

Quia pauperes.

Et ob privilegia, que specialia in Societate.

Greg. 13.

quit quin sententia, qua Capitulum sufficere asserit, sit valde probabilis, & secunda in praxi: licet aliquoties aliter fuerit practicatum. Quia etiam cum consensus totius Cleri requiritur, sufficit consensus Capituli, ut in Cap. Cum Apostolica, de iis, qua sunt a Prælato sine consensu Capituli, in quo sic dicitur, D. Leonis Magni verbis adductis: Cum totius Cleri consensu, atque tractatu ideligat, quod non sit dubium Ecclesie profuturum. Sic ibi. De Capitulo autem esse sermonem manifestum est ex allatis illius Tituli verbis, & ita sine controversia affirmat Glossa. s. Cleri. Videatur etiam Cap. Irrita, eodem Titulo. Deinde. Multa alia ad spirituales causas spectantia potest Episcopus cum solius Capituli consensu disponere: ergo & hoc, de quo agimus, in quo de grauatione tantum agitur temporali. Antecedens constat ex Titulo citato, & Consequencia a maiori rate rationis.

139 Deinde, si contraria sententia standum sit, omnes debent Ecclesiastici vocari, ad quos potest grauationem, de quo agimus, pervenire. Hoc videtur certum ex ratione adducta, Textibus roborata, qua vel hoc probat, vel nihil. Quia verò impossibile multoties erit, ut omnes conveniant; etiam etiam possibile, magna ex tot concurrentium vocibus posset timeri confusio, unus aut plures ab illis, qui de Capitulo non sunt, aut in civitate præcellens officium non habent, Procurator, aut Procuratores eligendi: quod & ratio satis ostendit expediens, & vltius videtur comprobare. Quidquid aliter dispositum fuerit, arbitrium poterit æstimari, & sine fundamento in Iure: unde non vocati legitime conquirent poterunt, & Republicam, non sine grauibus incommodis perturbare. Præcellens autem officium Parochiale est, aut Vicariatus eidem æqualis, vel ferè; siue quod aliud, pro quibus præcedat consultatio, in hoc enim Episcopus cum Capitulo poterit, quod opportunum visum fuerit, providere.

140 De Religiosis autem Ius non loquitur, quia non debent ad contributionem aliquam obligari, cum paupertatem profiteantur. Et quidem nomine Clericorum in odiosis non veniunt, ut ex Angelo, Silvestro, & Tabiena observat P. Thomas Sancius in Opere morali Lib. 6. Cap. 15. num. 74. quia in illis speciales qualitates concurrunt, qua in communibus Clericis non inveniuntur. Et quoad præsentem casum id est manifestum: cum enim, ut diximus, profiteantur paupertatem, immerito ad contributiones traherentur. Et quidem pauperes ad solutionem gabellarum non teneri plures Doctores affirmant, quos adducit & sequitur idem P. Sancius Lib. 2. Consiliorum. Cap. 4. Dub. 15. Ergo multò potius id de voluntariis Christi pauperibus asserendum. Accedunt Pontificia privilegia, qua illos ab exactionibus immunes præstant, & pro Societate Iesv habentur specialissima, præsertim Pauli Tertij, Pij Quarti, & Gregorij XIII. priorum facientis mentionem in Bulla, qua incipit, Pastoralis officij, & sic loquens iuxta tenorem Bullæ Pij Quarti: Ac pro potiori cautela uniuersam Societatem prædictam, omniaque, & singula illius, Domos etiam Probationis, & Collegia vtiliter consistentia, præsentia, & futura, eorumque personas, fru-

tus, redditus, & prouentus etiam bonorum Ecclesiasticorum, secularium, & Regularium quorumcumque illis pro tempore vniuersorum, aliasque res, & bona quecumque, a quibus decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, subsidiis etiam caritativis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, ac aliis quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore impositis, etiam si in illorum impositione caueretur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragaretur. Ita quod Societas, eiusque Domus, etiam Probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, semper ab illis absque declaratione desuper faciendâ, excepta essent, & esse censentur, perpetuo liberauerit, & exemerit, &c. Quæ omnia statim confirmat, ita subdens: Nos igitur, qui votum ipsius Societatis profectum sincero paternæ charitatis affectu libenter amplectimur. Eadem auctoritate concedimus, quod singula Littera prædictæ, cum exemptionibus, ceterisque omnibus, & singulis, in eis contentis clausulis, & decretis, &c. Quæ omnia ita intelligenda sunt, ut non procedant in necessitatibus illis, de quibus dictum n. 102. tunc enim perinde est ac si Religiosi opifices conducerent, quorum opera damnis illis aut periculis remedium præstaretur.

141 Quia verò vocari Clericos in casibus dictis fauorabile est, & in fauorabilibus Cleri nomine veniunt Religiosi: dubitari merito potest an debeant etiam vocari. Et quidem cum necessitates sunt, de quibus nuper, dubitari nequit, ex adductis num. 136. Nam quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Quando autem tales non sunt, non videtur esse talis obligatio: fauores enim tunc exhibendi, quando utilitatem aliquam secum afferunt, qua ab iis, quibus fauor fit, debeat aliquantum æstimari. Quod tamen in præsentem non accidit: quia vocatio hæc valde periculosa esse Religiosis potest: qui si pro Rege, aut Republica stauerint, Clericorum offensioem incurrent: si autem pro Clericis, alterius partis indignationi obnoxij remanebunt. Quod tamen non ita euenit quando quis ius defendit suum; & grauaenam propriam conatur amoliri. Vocari ergo, se vrbane excusent: si autem instantia perseveret, nec eam possint declinare, accurrant, & Deo iudice coram oculis mentis habito, quod conuenientius duxerint modeste, & sine contentiois turbine proloquantur. Deus autem veritatis vindex, & zeli Christiani promotor, quidquid eis auctoribus actum fuerit, bono exitu coronabit. Et de his factis.

CAPVT XIV.

An Proreges Indici ex Regis bonis possint facere donationes.

142 Dico primò. Sine Regis beneplacito nequeunt Proreges ex illius bonis facere donationes. Sic Ioannes Lopez in Repetitione Rubricæ de donationibus inter virum & uxorem s. 66. n. 30. Ioannes Matienzus in Lib. 5. Recopilat. l. 3. Tit. 3. Glossa 2. num. 3. Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. Cap. 10. num. 31. &

Quid illis non prohibeatur.

An vocantur Clerici nomine veniunt in fauorabilibus.

Si concurrant, quomodo se gerent.

Assertio 1. Proreges non possunt donationes facere ex bonis Regis, &

Ratio pro illa.

Assertio 2. Nec de vita Regis, remittere.

Assertio 3. Neque emolumenta eiusdem negligere: vbi & pro eo limitatio.

Vide Tit. 4. n. 77. & Tit. 5. num. 5. 8. 16. 18. 19. & 24.

Obligatio inde restitutionis.

Assertio 4. Regis voluntatem præsumptam sufficere.

in Politica pag. 878. Col. 1. Et alij. Quod probatur ex generali Doctorum consensu, qui affirmant ei, cui libera administratio commissa est, non posse facere donationes: quod de Procuratore Cæsaris specialiter statutum l. 1. s. 1. D. de officio illius & generalius alibi: pro quo Martienzus plures Textus iuris ciuiliis adducit. Videatur P. Lessius Lib. 2. Cap. 18. num. 77. & etiam Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 4. num. 27. & ratione videtur manifesta conuincere. Quia nullus vult patrimonium suum minui, sed augeri: neque illius administrationem alteri præbet, nisi ut tueatur & augeat: quod iuxta naturalem est hominum institutionem, iuxta quam etiam iudicandum. Quia ratione furtum non licet, quia inuito domino res auferitur: ergo neque donatio, in qua militat eadem ratio.

143 Dico secundò. Non possunt etiam Proreges debita Regi, remittere. Id conitat: quia debitum remittere est donare. l. si quis delegauerit. D. de donationibus. Et notat Martienzus supra.

Dico tertio. Non possunt item Regia emolumenta negligere, liberalitatis intuitu, nisi quando eo pacto negotium Regis vtilius peragitur. E. g. Vectigal, quod ex argento in Hispaniam transmittendo soluendum lege præcipitur, & est valde moderatum, remittere nequeunt, simulantes se illius quantitatem ignorare. Et sic in alijs. Unde sicut & in casibus prædictis ad restitutionem tenentur, iuxta generalem doctrinam de Officialibus Regijs pro rebus huiusmodi salarij accipientibus. Cum enim ex iustitia ad curam & custodiam teneantur, ex illius violatione obligatio resultat damni integrè reparandi. Videndi P. Lessius Lib. 2. Cap. 32. num. 26. Pater Gaspar Hurtadus de Iustitia & Iure Disp. 5. Discusula 10. & alij apud ipsos. De quo & nos alibi. Tunc autem vtiliter negotium Regis ageretur, si nolentibus mercatoribus aliquando argentum transmittere ob timorem non leui suspicionis conceptum, vel registro exponere; eisdem significetur de rigore aliquid remittendum. Tunc namque plus habebit Rex, quam si iuxta rigorem legis ista verarentur. Donationes autem esse licitas quando ab administratore fiunt, & in domini commodum cadunt, communis sententia est, pro qua videri potest P. Lessius citato n. 77. & ea, qua Dom. Solorzanus congerit Lib. 2. Cap. 4. num. 59. & nos etiam aliquid Titulo 1. num. 8. Cauendum tamen ne Proreges commodo potius suo quam Regio prospiciant, indulgentia suæ pretium non leue recepturi. Quo euentu fraudata Regi emolumenta restitui debent. Indulgentia enim talis non suo, sed Regis nomine exhibetur, qui non vult semper vassallos suos nimium grauari. Et ita Proreges ad id ratione officij tenentur, pro quo & salarij satis copiosum accipiunt, unde non possunt vltius aliquid extorquere.

144 Dico quartò. Ad donationes faciendas satis est præsumpta Regis voluntas. Colligitur ex iis, qua adducit Matienzus supra de bonis Textibus & Auctoribus contestata. In alijs certè præsumpta, seu tacita voluntas Superioris est sufficiens, etiam in iis, qui voto ad non donandum adiguntur: quales sunt Religiosi. Pro quo videtur

dendi P. Lessius Lib. 2. Cap. 18. citatis num. 85. & P. Fragosus Tomo 2. Disp. 24. s. 12. num. 7. vbi alios adducit. In quo si bonâ procedatur fide, & adhibito Auditorum consilio, timendum nihil. Quod si Rex fortè non annuat, donationis factæ conscius, & restitutionem iniungat; restituat Prorex, & Auditores pariter, qui consilio suo donandi auctores extiterunt: immò illi soli. At in foro conscientia neutri, cum bonâ fide processerint, neque ex eo sint locupletiores redditi, ut suppono: nam si tales facti, aliter iudicandum. Donatarius autem retinere rem donatam potest, cum Rex eam redhibendam nolit: sin autem velit, obsequendum ipsi, & restitutio ex obligatione graui conscientia faciendâ. Res enim illius erat, & possessio alteri contra eius est tradita voluntatem.

145 Dico quintò. Quod apprehenditur ex auro, argento, & aliis in penam commissi, nequit prioribus dominis reddi, neque in eo Proreges gratiam facere possunt, cum nequeant rem ad Regium iam sicum pertinentem ab eo tollere, & alteri condonare. Hoc videtur certum: & qui damnus passus, id sibi imputent, qui ob immoderatam cupiditatem, quod multis congestere sudoribus, certo periculo non sunt veriti deuouere. Si naufragio amississent, sibi certè imputarint, qui maris non sunt periculis à lucri cupidine reuocati. Si latronum incursum dolendum equidem, sed remedio nullo; cum tamen sibi consulere auaritia moderamine potuissent. Non ergo iam mirum si registrum detrectantes, quo salua esse omnia possent, irremediabili amissione multentur, & amantes periculum, pereant in illo.

146 Quia tamen cum res ita accidunt, non ita esse aperta transgressio solet, ut locus penitus reo ad recuperationem nullus relinquatur, unde & l. s. solet super talibus excitari. Tunc licebit Proregi rem ita peragere, ut neque Rex suis iuribus, nec miser inter angustias deprehensus omnino spoliatur. Cum enim in delictis probationes esse debeant luce solis clariore, & in dubio sit reo potius fauendum quam actori, etiam si actor Fiscus sit, iuxta hæc poterit benigna sententia pronuntari. Cauendum tamen ne manibus adhæreat macula, de quo Sanctus Job sanctissimè gloriabatur. Job. 31. v. 1. Si enim adhæreat; adhæret etiam restituendâ obligatio, & vsque ad æternæ damnationis penam, si eidem satis non fuerit factum, adhæret.

147 Dico sextò. Proreges Indici nequeunt tunc conscientia stipendia pro libitu augere: in augmento enim illo donatio interuenit, cum id, quod non est debitum, tribuatur. Nequeunt etiam militiæ stipendia famulis assignare, qui minime in militia seruiunt, & dicuntur Plasas muer-tus. Non seruientibus enim stipendia non debentur, & ita donationes tantum sunt ex Regio patrimonio infideliter & iniuste in rebus talibus dissipato. Quis autem hic de obligatione restitutionis dubitet, vbi adeo est iniustitia manifesta? Sic circa similia poterit discursus efformari. Pro sumptibus extraordinarijs videatur Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 3. num. 45. & in Politicâ pag. 769. s. Lo duodecimo.

Si venias quomodo faciendâ restitutio.

Assertio 5. Apprehensa ob penam commissi nequeunt delinquentibus restituere.

Potest tamen bene mignè circa illa iudicari.

Assertio 6. Stipendia non possunt augere, & quedam alia.